



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

43 Laicus est dominus rerum suarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

Centur. 1, distinctione 67, n. 16. ubi subdit quod faciens hujusmodi locationem domino inconsulto cadit & què, ac si alienasset, numero 18, & Alexander conf. 164, vol. 2.

<sup>38</sup> Emphiteuta † initit pactum cum domino directo, quod non possit expelli, etiam, si nunquam solveret canonem, aliaque plura facta fecit contra communnes juris regulas. Quæritur an dicta pacta, & conventiones valeant, & primò est præsupponendum, quod duplex sit emphiteusis, nempè ecclesiastica & laicalis. Conventio autem cum domino tempo-<sup>42</sup> rati de emphiteusi seculari facta, quod propter canonis solutionem nunquam devolvantur, nec emphiteuta expelli possit, valer, quia pacta sunt servanda, l. pen. C. de pac̄. in term. gloss. in l. 2. ver. expellere, vers. respōdeo, & ibi Ias. post alios, qui testatur dictam gloss. communiter <sup>43</sup> esse receptam, C. de jur. emphit. num. 118, Specul. de loc. & emphit. §. nunc aliqua, num. 112.

<sup>39</sup> Pactum etiam † inter Rectorem ecclie, & laicum, in instrumento emphiteutico appositum, quadres emphiteutica non incidat in commissum arguendo à Fisco ad ecclesiam, valere, & esse servandum tenet Bart. in l. fundi, num. 2. C. de fund. patr. lib. II. quem sequitur Ias. d. l. 2. num. 119.

<sup>40</sup> Sed alienatio † bonorum ecclesiasticorum est de Papæ reservatis per d. extravag. ambitione de reb. Eccl. non alien. cap. non licet Papa, & ibi Archidiae. 12, quest. 2. & Navar. in tract. de spol. cleris. §. 2. num. 1, tom. 2. Vnde cum Prælatus non possit bona ecclesiastica emphiteuticare, etiam pacta in instrumento contra juris

dispositionem apposita non valent, ut infra patebit.

<sup>41</sup> Valet † tamen emphiteutica concessio cum clausula pro se, & quibus dederit, quo casu poterit emphiteuta etiam irrequisito domino eadem bona emphiteutica alienare, ut est communis opinio de qua testatur Dec. in conf. 164 num. 3. vers. secundo respondetur, quem sequitur Clar. sent. lib. 4. §. emphiteusi, quest. 13. vers. ulterius quero. Quæ opinio est vera, & ab ea in judicando non est recedendum, quando agitur de emphiteusi secundari: quia † dummodo pacta non sine contra substantiam alias naturam contractus; etiam quod sint contra accidentalia ipsius contractus, valent Bar. in l. 2. num. 6, & ibi Ias. num. 118. & 119. C. de jur. emphit, & Specul. lib. 4, par. 3, de loc. & emphit, num. 112. ratio est: quia <sup>43</sup> † cum laicus sit dominus bonorum suorum, super illis pacta ubi bene visa apponere potest, cum quilibet jure suo moderator, & arbiter l. in re mandata, C. mand, & l. sed, & si lege §. consuluit, ff. de petit, heredit, & propterea pater potest omnia bona sua vendere, & projicere in mare, non obstante præjudicio liborum, gloss. in l. 1, vers. ex duobus, C. de off. don. & Craver, in conf. 217. num. 1. & 2. par. 2.

<sup>44</sup> Prælati vero † & ecclesiarum Rectores non sunt Domini bonorum ecclesiasticorum, ut probavi supra sub num. 6. quinimodo nec habent dominium de redditibus ipsorum, cum nec de his eorum arbitrio disponere possint, sed, qui ad congruam sustentationem supersunt, in usus pauperum distribui debeant cap. rec. Ecclesia, & cap. nulli Episcoporum, & cap.

Occc

fi

